

De Sitalce
Odyssæum vege

A. F. Kettler

1828-1829

De Sitalce,
Orysarum rege.

Afferendi erant, qui-
bus non pauca dices,
Gattererus et Gailius
ap. Poppoem, Pol. ad
Thucyd. I, 2. p. 404.
segg.

Imperium regis excellenti quidem ingenio praediti, sed
gentis e parte barbarae descripturus, magnis me in angus-
tiis video, praesertim cum extra Thucydidis de huius
Sitalcis imperio nullae fere scriptorum narrationes
exstant, ex quibus res ab ipso gestas melius perspicere
possint. Hoc me tamen non a peragendo proposito de-
terrebit.

Orysae, a quibus imperium Orysicum nomen ha-
bebat, testante Herodoto (IV, 92.) ad utrumque la-
tus Artisci fluvii habitabant, et quidem ante Te-
ris tempora, qui primus magnam Orysiis potentiam
conciliavit. Hic Tereos, Sitalcis pater, maximam Thra-
ciae partem sub Orysarum potestatem redegit, (Thu-
cyd. II, 29); non vero cum Tereo, qui Proenen Athenien-
sem in matrimonio habebat, confundendus est, ut ipse di-
cit Thucydid. (ibid.), cum et nomine et patria ab illo di-
versus sit. Hic Tereus sedem suam in ^{habuisse fertur} ~~daulia~~ habebat, in
ea regione, quae ^{postea} ~~nunc~~ nomen Thociis gerit, ^{gerit} eius autem

tempore a Thracibus colebatur. Nostrium contra Teren-
cui ne idem quidem nomen cum illo Teres erat, primum poten-
tem regem Odyssae habebant. Gravissimus auctor de Odyssa-
rum imperio, et de Italici regno, Thucydides, nihil amplius
quam nunc ipsum a me enarrata, de Terenobis prodidit.
Post longum Teris imperium filius ei Italces in regno
successit, qui ut mox videbimus, fines magni Odyssarum
imperii longius protulit.

Primo anno belli Peloponnesiaci, anno quadringentesimo tri-
cesimo ante Christum natum Italces regnum suscepit,
multo brevius autem tempus regnum eius quam patris

duravit, cum octo ad summum regnavisset annos, quo in praee-
lio adversus Triballos occisus est. Quas Thraciae gentes
imperio suo comprehenderit Teres, non prodit Thucydides,
sed quale quantumque Odyssarum imperium regnante
Italce fuerit, accurate definit (II 96^o 97). Ora enim ma-
ritima huius imperii inde ab urbe Abdera per pontum Eu-
xinum, usque ad Istrum fluvium porrigebantur, et ut Thu-
cydides tradit, brevissimo itinere vento semper secundo, cum
navi oneraria quatuor diebus et totidem noctibus circumna-
vigari poterant, itinere vero terrestri, qua erat iter compen-
diosissimum, ab urbe Abdera, ad Istrum fluvium vir ex-

Relativo nomen est, quasi
antecessisset anni octavi
mentis, conflatis nimirum
Gallorum et Gallicis contentis
p. 405 et 407. Hae
haec cursus ipsa sunt
Gallorum verba, et ita
sapius.

11
peditus intra undecim dies pervenire poterat (Thucyd:
II 97). Hac quidem longitudine imperium Odyssicum ad
mare versus erat. Per loca vero mediterranea a Byzantio
ad Iacaeos et Hrymonem (hinc enim longissimus est a
mare tractus in loca mediterranea) viator expeditus in-
tra tredecim dies iter conficere potuit. Hae regni Ital-
cis fines fuerunt. Tributum, quod exegit Italces, Thucy-
dides nobis non tradidit, sed quantum fuerit, ex hoc fere
perspicui potest, quod Leuthes, qui Italci in regno suc-
cessit, ab omnibus barbaris populis, et graecis urbibus
omnino tributum quadringentorum talentorum argenti
exegit (Thucyd: II, 97); dona quae insuper etiam aurea
et argentea afferebantur, tantidem constabant fere,
textis, et aliis utensiliis, quae non solum regi, sed et
iam aliis potentibus et nobilibus Odyssis afferebantur,
non in rationem adductis. In eo enim longe aliud seque-
bantur consilium, quam Persarum reges, cum potius su-
merent quam darent. His principiis apud omnes quidem
Thraces inductis, supra tamen memorati viri praecipue
utebantur, ob potestatem quam in manibus habebant,
cum nemo, nisi donis in aula quid impetraret. Hac ra-
tione potentissimum hoc imperium factum est, ita ut in-

tes finum Ionicum et pontum Euxinum, nullum quid
statos ad finem reditus, et alias divitias, par ei esset.
Bellica autem fortitudine et exercituum numero, longe
Scythiis inferiores erant, cum quibus nulla omnino natio,
non dicam in Europa sed etiam in Africa conferti potuit,
quae cum Scythiis inter se conjunctis acie dimicare
potuerit. In aliis etiam rebus, quae bonas institutio-
nes, et intelligentiam ad vitae necessitates utilem
exigunt, Scythiae omnibus ceteris praeestabant.
Athenienses, Nymphodorum, Pythae filium, Ibdemiten
quem inimicum habuerant, Athenas invitabant (Thu-
cyd: II, 29) ut ejus intercessu Sitalcem, qui Nymphodo-
ri sororem in matrimonio habebant, et apud quem hic in
magna auctoritate erat, sibi adjungerent, qui adju-
varet eos in Perdicca devincendo et in expugnandis lo-
cis Thraciae finitimis. Nymphodorus invitatione A-
theniensium accepta, et foedere cum Sitalcideicto,
ejus filium Sadocum civem Atheniensem fecit (Thu-
cyd: ibidem). Bello in Thraciae regionibus finem eti-
am se facturum esse promiserat, cum Sitalcem eo per-

ducturus esset, ut Atheniensibus exercitum Thra-
carum equitum et arnigerum mitteret.

Sitalcis expeditionem adversus Perdiccam, Alexan-
dri filium, regem Macedonum, et Chalcidenses in
Thracarum finibus susceptam Thucyd: II, 98. seq: no-
bis tradidit. Haec expeditio duplicem habebat cau-
sam. Perdiccas nempe Sitalci in initio belli cum
Atheniensibus gestis, cum ab his urgebatur, promiss-
sa quaedam fecerat, si eum cum Atheniensibus
conciliasset, fratremque suo, quocum in similitudine e-
rat, ad regnum occupandum opem non ferret; quae
vero promissa ei postea non solverat. Tum etiam vi-
talces ipse Atheniensibus, foedere cum iis facto, bello
Chalcidico in Thraciae finibus se finem facturum
promiserat. Haec duplicem igitur ob causam expe-
ditionem fecit, in qua Argytas, Philippi filius,
ad Macedoniae regnum occupandum, et Athenien-
sium legati, et dux Agnon cum comitatu sunt.
Copiae cum quibus adversus Perdiccam profectus est,
ex his nationibus constabant: Thracis usque ad Hel-
lespontum et pontum Euxinum habitantes, omnes

qui sub eius impetio erant, ut etiam Getae trans Mae-
num, et ceteras gentes, quae is Istrum fluvium lon-
gius ad portum Euxinum versus sedes habebant, armavit.
praeterea etiam quosdam ex liberis montanis Thracibus,
qui gladios portabant, et nomine Diu, maxima ex par-
te sedes in Rhodope habebant. Pars quidem eorum Stipen-
dio promissa, pars vero voluntarii signa ad eam contulerunt.
Tum etiam Agrianos, daecaeos, ceterasque Paeonicas na-
tiones, quae sub eius ditione erant, armavit. Hi ultimas
impetii sui fines tenebant, et Graecos, Paeonicos daecae-
os, et Argemone fluvium attigerunt.

His omnibus nationibus contractis, cum ad expeditio-
nem omnia parata essent, Sitalces cum exercitu in Ma-
cedoniam profectus est (Thucyd. II 94); primo per suum
ipsius regnum, tum super Lesinen, nicultos montium
tractus, qui Sirtos et Paeonios distinguunt. Viam, qua
eos trajecit, ipse prius aperiri, et ad hoc silvam, excidi cu-
raverat, cum Paeoniis bellum intulisset. Hoc in agmine
super montes, inde ab Odyssis, Paeones ad dextram, et
Sirtos et Maedos ad laevam partem habebant; quo
finito, Dobrum, urbem Paeonicam, pervenerunt. Hic

13
exercitus magno liberosum Thracum numero auctus est,
qui praedae cupidine ^{tate} inducti ^{sua} sponte signa ad eum con-
tulerunt, quo incremento dux centum quinquaginta
millia ^{um} hominum factus est. Maxima exercitus pars
pedites, et tertia fere equites erant, quorum plurimos
Odyssae, et secundum hos Getae adduxerant. Expediti-
bus ^e enisi a monte Rhodope, qui e liberis Thraci-
bus erant, pugnacis finis habitus sunt. Macedones tan-
ti exercitus ad spectu perterriti loca munita pete-
bant, et post muros urbium, quarum numerus illis
temporibus valde exiguus erat, hostium adventum
expectabant. Urbes, quae ^{Thucydides tempore erant} nunc ibi sunt, Archelaei,
Pediccae filius, cum regnum adeptus esset, aedifica-
vi iussit. Sitalces cum exercitu ab urbe Dobro
primum in eas regiones invasit, quae olim Philip-
pi imperio subiectae fuerant, ibique urbem Edome-
nem vi, Gortyniam, Italantem et alias quasdam
urbes conditione cepit, quae studio erga Amyntam,
Philippi filium praesentem, se dederunt. Europo
oppugnato quidem, sed non expugnato, in ceteras Ma-
cedoniae provincias progressus est, Pella et Lychno

in laeva parte relictis. Citra haec loca, in Bottiaeam,
non pervenerunt, sed Mygdoniam, Krestoniam, et
Arthemum populabantur. Cum peditibus hoste se
opponere Macedonibus ne quidem in mentem venit,
cum equitibus vero, quorum a sociis e superioribus
regionibus quosdam auxilio acceperant, qui tamen
cum hostium multitudine comparati, parvis tan-
tum numerus fuisse, paucis Thracarum exercitum pre-
mebant. Hi, quamquam egregii equites et loricati, ita
ut in hostes incursantibus, nemo resistere posset, ta-
men mox ab ingenti hostium multitudine circum-
venti a pugna desisterunt, et loca munita petere
coacti sunt. Mox tamen Italces easdem ob causas,
propter quas ^{hoc} bellum susceperant, cum Perdica
agere coepit, et cum Athenienses, non suspicanti si-
talcem esse profecturum, classem non mis^{issent}erant, i-
deoque legati ex Athenis cum munusculis ad Ital-
cem venient, partem copiarum in agrum Chalcidi-
cum et Bottiaeum misit, quae mediis in urbes se
recipere coactis, agros eorum populabantur. Interea
dum Italces his in regionibus comorabatur me-

vidiunt ressus habitantes Thesfali et Magnetes.
cum ceteris Thesfalibus subjectis nationibus, et
Graecis usque ad Temopylas timebant, ne Thra:
ces in eorum etiam agros invaderent, eodem timo:
re etiam perculsi sunt septentrionales trans Arg:
monem fluvium Thraces, qui campos apertos tene:
bant, ut Panacei, Odonanti alique, qui omnes li:
bertate fruebantur. Graecis etiam, qui Abseniensi:
bus erant infensi, timoreno iniecit, ne ab his ^{permotus} persua:
sus in eorum etiam civitates invaderet. Itaque re:
ro factis erat Chalcidicum et Botticium agros et Lu:
cedoniam populari, quas terras plana devastavit.
Cum ^{vero} etiam hoc, quod propter expeditionem suscep:
erat, ^{asssequi} impetrare non posset, et exercitus frumen:
ti inopia, et aspera tempestate valde premebatur,
a Leuthe fratris sui Sparadoci filio, qui primum
a rege inter Odyfas obtinebat locum, ^{permotus} persuasus, ce:
tervime in regnum suum rediit. Hunc Leuthe Per:
diccas, sororem suam ei in matrimonium promittens,
et grandem insuper pecuniae summam, clau in par:
tes suas traxerat, quo promisso fidelis postea foro:

rem suam Hratoniceⁿ Leuthi in matrimonium de-
dit. Sitalces cum per triginta omnino dies fecisset ex-
peditiorem, quorum octo in Malicidia erat desatus,
copias suas in Thraciam reduxit. Hic finis expe-
ditionis, & Sitalce in Macedoniam factae, erat.
Athenienses ut supra affirmabant, Nymphodorum,
Pythae filium, Athenas miserunt, ut per ejus in-
tercessionem Sitalcem sibi adjungerent. Quo foedere
cum Atheniensibus ioto, Iadocus, Sitalcis filius, ci-
vitate Athenarum donatus est (Aristophanes A.
charnes ^{non.} vers. 148). Affirmatio haec plane opposita
est Larcherio, qui dicit Iadocum cupidum fuisse
nominis civis Atheniensis, et Sitalcem foedus Athe-
nensium flagitare; sed Thucyd: II, 29. satis erit ad
sententiam meam confirmandam. Sitalces, adje-
cit praeterea Thucydides II, 101, Graecis, qui Athenien-
sibus erant infensi, timorem. iniecit, ne ab his ⁱⁿ⁻per-
ductus, postremo etiam contra ipsarum terras pro-
fici creteret. Haec Sitalces accusatus, quem his-
toria accusatorem perfidorum Atheniensium, qui

naves ei promissas non miserant, nobis praebere de-

scilicet tuam simulas, quae
Gailii est p. 414. sq.

Hic rursus Gailii rationes
sunt, et, easque hoc
loco satis breves. Nimi-
um difficile est, refutare
Thucydidem, praesertim
quoniam de Sitalcis consilio
Atheniensium civitati periculosis accedat Aristophanis auctoritas, & Gailii in contrariam sententiam de tortis, abs-
te ne commemorata quidem.

15
buisset. Sed quis est, qui non intelligat, Athenien-
ses inaequis Perdiccae promissis perductos, Sitalcem
fessellisse? Principem hunc valde fuisse credulum,
ut omnes fere populorum barbarorum principes? Po-
terantne Athenienses diffidere Sitalci, qui jus Ati-
am gentium violavit, ut placeret sociis? (Thu-
cyd: II 69); qui undique legatis Athenarum eis
curdatus proficiiscebatur, qui imperium copiarum
Duci Atheniensium committebat? Ex his omnibus
satis apparet, Sitalcem foedus cum Athenien-
sibus non ambuisse, et Iadocum non cupidum fuisse
se nominis civis Atheniensis; sed Athenas, licet
foedere cum Sitalcide ioto, tamen Perdiccae promissis
perductas, socium delusisse.

Sed jam finiamus hanc dissertationem de Sitalce
de, de quo doleundum, tam parum nobis a scriptori-
bus de ejus octene imperio, relictum esse.

